Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Reuerendiſſimi patri [illegible] Enee de picolominibus cardinalis S. Sabine de his que ſub ceſare Friderico tercio impatore ꝑ Germaniam ⁊ Europam geſta ſunt cũ locoꝝ deſcriptione ad d. Anthoniũ cardinalẽ hilerdenſem incipiunt feliciter.

[A]ntonio ſacro ſancte romane eccleſie preſbitero cardinali hilerdenſi appellato patri ſuo colendiſſimo Eneas eiuſdem ordinis. non eiuſdeꝫ meriti cardinalis ſenenſis ſalutem plurimam dicit. Podragantem me nuper ⁊ arthetticis doloribus(vt ſoleo)laborantem Librarius quidam theutonicus adijt libellũ afferens in quo romanoꝝ ceſarũ non tam geſta ꝙ nomina ⁊ pauca de moribus continebãtur vſqꝫ ad wenceſlaũ Caroli quarti filiũ. Cũqꝫ illi opuſculo q̃tuor impatores deeſſe viderenꝫ. Nã Beneuenuſtus himolenſis eius operis auctor ſub wenceſlao deceſſerat. Rogauit me librarius vt adijcerem libello quod deerat. nolui turbare hominẽ. compleui ad etatem noſtram impatorum numerũ breuitatem illius qui preceſſerat imitatus. At cum ſubiret mentem multa ⁊ magna inter chriſtianos geſta eſſe ab eo tempore quo Fridericus imperium accepit vſqꝫ in hanc diem opuſculum ſeorſum edere ſtatui in quo ſingularia quedam eius temporis ſub compendio ad poſteritatis memoriam tranſmitterem digna memoratu. Edidi igitur breuem hiſtoriam tuoqꝫ nomini dedicaui. qui cum pari morbo mecũ labores facile inter podragandũ ſcripta mea ⁊ leges ⁊ iudicabis. Fuiſſet fateor operepreciũ ab initio potius etatis noſtre in hoc euum vſqꝫ reꝝ geſtarum hiſtoriam texere quemadmodum menti mee ſepe inſedit. ſed ea non erat vnius podagrationis ⁊ ꝑſertim ieiunio quadrageſimali occurrentis lucubratio. Amat edes noſtras ipa podagra nec tam recedit ꝙ reuerti ꝫ libens fortaſſe ⁊ huic intẽtioni aliquãdo ſubſeruiet. Tu vale ⁊ ſi quid acerbius in quemꝙ ſcriptum offenderis non tam mee nature ꝙ ſtimulis podagre vrgẽtis adſcribere. ⁊ quicq̃ inſcite inepte abſurde occurrerit ſumpto calamo dele. Ex vrbe Roma quarto klendas aprilis Anno dñi M.cccc.lviij.

Finis prohemij — Sequitur hiſtoria

Que ſub Friderico tercio eiꝰ nomĩs imperatore apud Europeos et qui nomine chriſtiano cenſentur inſulares homines geſta ferunꝫ memoratu digna mihiqꝫ cognita tradere poſteris ꝙ breuiſſime libet. Cõmiſcebimus aliqua interdum altiꝰ repetita. quemadmodũ locorũ rerũqꝫ ratio expoſtulare videbitur.

De hungaria et geſtis in ea olim pannonia appellata